
LIBRARIÆ UNIVERS
JAGELL CRACOVI

Canones penitentionales ex varijs sanctorum pontificum decretis collecti. quorum noticia viris ecclesiasticis non minus vtilis quam necessaria.

Episcopus ad pristinum statum reuocare. Modus autem huiusmodi penitentie decēnis in summa Astensis magis specificatur. Hec in. c. Presbiter. lxxxij. dist. Et canon ille ecclesie occidentalis sacerdotes tangit omnes non autem orientalis que votum continentie non obtulit vt. c. Aliter. xxxi. distin.

Si presbiter filiam cognouerit spiritualem: quam scз baptisauit aut confirmatiōe vel baptismo renuit: aut que sibi confessa fuit: penitentiam debet agere. xij annis: etiam si crimen sit manifestū deponi debet: et peregrinando. xij. annis peniteat et postea monasterium intret in tota vita sua ibidem moraturus. Episcopus vero qui talia commisit peniteat. xv. annis. Ipsa vero cum qua delictum perpetratum est omnia debet relinquere: et bona sua pauperibus dare et conuersa fiat vsqз ad mortem in monasterio deo seruire debet. xix. q. I. c. Si quis sacerdos: et c. non debet.

Quicumqз filiam suam spiritualem vel matrē cognouerit: septē annis peniteat: et similiter ei consentientes. c. Non oportet. xxx. q. iij.

Quicumqз contrahit cum aliqua alij per verba depresenti desponsata illa demissa. xl. diebus in pane et aqua ieiunet et annis septem sequentibus peniteat. Hec. c. Accepisti extra despon. duo.

Cognoscens duas commatres vel fratris vxorem: aut duas sorores aut matrem et filiam: ad minus octo annis peniteat: licet plus deberet. c. Si pater. xxx. q. iiij. Ipsa vero penitentiā agat

Incipiunt Canones penitēti-onales secundū processum venerādi patris Astexani ordinis minorū: p̄ varios casus expressi atq3 in tractatulum breuiter collecti. Pri. Can.

PRo peccato mortali penitentia de rigore iuris est iniungēda septennis vt notat. c. Hoc ipsum. xxxiij. q. ij. et in. c. Predicandum. xxij. q. I. Casus ibi est ꝙ post penitentiam septennem: penitentes ad pristinum statum redire possunt. Et dicitur de rigore iuris: quia panor. super. c. Deus qui extra de penitē. et remiss. dicit ꝙ non est necesse vt quis tantā penitētiam agat: quia hoc est ordinarium. sed potest esse tanta cōtricio et qualitates alleuiātes delictum ita ꝙ non sit necesse tam longam penitentiam agere. Et hoc notat glo. c. Sunt plures de peniten. dis. iij in verbo mille.

¶ Presbiter si fornicationem fecerit (quanquam secundum Canones apostolorum debeat deponi: tamen iuxta autoritatem beati Siluestri: si in vitio non perdurauerit) decem annis penitentiam agat. Sacco indutus humi adhereat. tribus mensibus continuis a vespera vsq3 ad vesperam pane et aqua vtatur. Exceptis diebus dominicis et festis: quibus annis expletis potest eum

secundum formam supra traditam.

¶ Qui cognouerit monialem decem annis peniteat: et similiter ipsa secundum formam supra dictam. xxvij. q. I. De filia: et. c. Deuotā. In quorum primo. c. dicitur quod si filia Episcopi vel presbiteri vel dijaconi post votum solenne contraxerit matrimonium ad sacram commonionem admittatur: nisi marito defuncto penitētiam egerit. Si aūt eo viuente decesserit et penitentiā egerit et cōmonionē petierit: tantum in fine vite eam recipiat. In secundo. c. dicitur quod deuota peccans non est recipienda in ecclesia: nisi peccare desierit: et desinens penitentiam egerit decē annis postea ad commonionem recipatur et antequam in ecclesia admitatur ad orationem: ad nulius christiane mulieris conuiuium accedat.

¶ Quicumque ignoranter cognoscit duas sorores vel matrem et filiam vel amitam et neptem: peniteat septem annis. Si autem scienter: perpetuo priuetur coniugio vt. xxxiiij. q. ij. Si quis cum duabus et. c. sequenti.

¶ Qui ducit in vxorem eam quam per adulterium prius polluit: quinque annis penitētiam agat xxxi. q. I. Nec obstat matrimonium dauidis cum bersabea propter certas causas.

¶ Qui contra naturam peccauerit: si clericus fuerit deponi debet aut religioni tradi: vbi corrigibilis appareat: ad perpetuā peniteltiam agendam. Si vero laicus sit: a cetu fidelium vsque ad condignam satisfactionem debet fieri alienus. c. Cle-

rici extra excessi. pla. Hoc enim vitium maius est quã matrem cognoscere. xxxij. q. vij. c. Adulterij Unde beatus Augustinus. Adulterij inquit malum fornicationem vincit: vincitur autem ab incestu. Peius enim est cum matre quam cum aliena vxore concubere: sed omnium horum pessimum est quod contra naturam fit. Ut si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti. Quocumque enim modo tale peccatum exerceatur preter quã inter feminam et virum ordinare in vase debito vitium contra naturam et zodomicum iudicatur: vt Raymundus inquit. Hoc itaque peccatum alio nomine: peccatum clamans in celum appellatur: clamor autem criminis illius vindictam a deo postulare significat.

¶ Si quis cum brutis coierit plusquam septem annis peniteat: similiter pro incestu vt notat. c. Hoc ipsum. xxxiij. q. ij. §. seq. Hoc: autem: vbi dicitur quod si relicto naturali vsu: cõtra naturam modo zodomico fornicamur: vel vsque ad coitum brutorum animalium prolabimur premissum spacium penitentie transcendere cogimur.

¶ Presbiter qui clandestinis nuptijs interest triennio suspendatur. Si vero culpe postulaueuerit grauius puniatur extra de clãdest. despon. c. Cum inhibito.

¶ Qui votum simplex violauerit tribus peniteat annis vt in. c. Si vir. xxij. dis. vbi dicitur quod si vir votum simplex virginitatis habens vxori adiungitur vxorem postea non dimittat sed tribus annis puniatur.

¶ Sacerdos qui excomonicatus celebrauerit debet triennio penitere: et secunda quarta et sexta ferus a vino et carnibus abstinere. xi. q. iij. c. de illis. Penam vero degradati et ad huc celebrantis notat. c. Accedens. l. dis.

¶ Homicida voluntarius sine spe restitutionis deponatur et septem annis peniteat vt. l. dis. c. Miror: vbi dicit ꝙ post patratum homicidium sacerdotale officium ministrari non potest: sed debet saccrdos talis lachrimarum fonte tam immane flagitium diluere: vt talibus saltem remedijs curatus salutis possit inuenire remedium. Et. c. Si quis extra. de homici. volun. et cas.

¶ Homicida casualis peniteat quinque annis et hoc secundum Raymundum si culpa casum precesserit: aliter non vt habet in. c. Eos vero. l. dis.

¶ Si quis homicidium fecerit propter necesitatem euitabilem peniteat duobus annis. c. de his clericis. l. dis. Que si ineuitabilis esset: in nullo sibi imputaretur in. c. Clerico eadem dis. et in. c. Joannes extra de homicidio volũtario et cas. et. c. Quidam eo ti. Et hoc est verum quo ad culpam Sed bonum esset ꝙ peniteret ad cautelam et ad innocentiam suam ecclesie ostendendam. extra eodem. c. interfecisti. Sed si quis per insaniam homicidium committit non imputatur ei. c. Jlla cauenda. xv. q. 1. et in Clementina vnica de homici. volun. et cas. Etiam qui intuitu discipline licet incaute percuciendo occidit: deponitur vt in. c. presbiterum extra de homici. volun. et cas. Alter tamen habetur. c. Si quis non iratus. xv. q. 1. Qui

autem latronem occultum occidit quem viuum comprehendere potuit.lx.diebus non intret ecclesiam: et alias penitere debet vt extra de homici. volun.et cas. interfecisti. Qui vero paganum occiderit vel iudeum.xl. diebus peniteat. l. dis. §.qui vero odij.

¶ Matricida peniteat.x. annis secundum formam traditam in.c.latorem.xxxiij. q. ij. Uxoricide vero grauior pena debet imponi. Et hoc non quidem ꝙ illud peccatum sit grauius isto. Sed quia homines proniores sunt ad occidendum vxores quam matres. Maius enim peccatum est occidere matrem quam vxorem: vt Bonauentura super iiij.sen.distin. 37.

¶ Qui presbiterum interficit peniteat 12 annis vt.c. Qui pres. extra de peniten. et remis. De pena vero eius qui monachū occidit: clericum: dyaconū: vel subdyaconum habek. c. qui occiderit. 17.q.4. Sed de penitētia eius qui domini sui mortem machinatur habetur.22.q vl. §.Si quis.

¶ Qui iniuste alium ad mortē accusat. 40. dieb' in pane et aqua ieiunet: et per septem annos peniteat. et hoc si accusatus fuerit occisus. Si vero membrum tantum perdiderit: triennio tantum peniteat: vt.c. Accus. extra de accu.

¶ Periurus. 40. diebus n pane et aqua ieiunet et septem annis sequentibus peniteat et semper sit in pnīa interiori: vt in.c. Quicūꝗ 6.q.I. Casus ibi est ꝙ infamis efficitur qui sciens peierare presumit. Nec talis in testimonium recipiatur: vt. c.

Infames eadem distin.

¶ Qui cōpulsus fuerit a dño scienter peierare si liber sit. 40. diebus in pane et aqua ieiunet. Et hoc secundū glo. potest in teligi continue vel interpalatim: et septem annis peniteat. Non tamen in pane et aqua vt glosa dicit. Si vero seruus est illius qui eum peierare coegit tribus quadragesimis: et ferijs legittimis secunda quarta et sexta. Et hoc notatur in. c. Qui compulsus. 22. q. 5.

¶ Qui periurat in manu episcopi vel in cruce consecrata peniteat tribus annis. Si vero in cruce non consecrata vno anno. Qui vero coactus et ignorans iuris ignorantia: et postea cognoscit: peniteat trib⁹ quadragesimis vt i. c. Qui peierat. 22. q. 5. Qui vero coactus pro vita redimenda vel qualibet alia necessitate periurat quia plus corpus quam animam dilexit: tribus quadragessimis peniteat: eadem questione et. c. Si quis coactus fuerit.

¶ Qui scienter falsum iurat vel alium iurare cogit. 40. diebus ieiunet in pane et aqua et. 7. annis sequentibus nunqnam sit sine pena interiori. Alij vero si conscij fuerint similiter peniteant. c. Si quis peierauerit. 22. q. 5.

¶ Qui mensurat in falsa mensura. 30. diebus in pane et aqua ieiunet: vt in. c. Ut mensure: extra de emptione et venditione. Pena vero falsarij literarum habetur in. c. Ad audientiam extra de crim. fals. Casus ibidem est φ clericus falsans sigilum principis deponatur et caracter ei inpri-

matur et in exilium mittatur.

¶ Qui frangunt penitentiam solennem siue redeundo ad priora crimina vel similia: siue redeundo ad negociationem vel militiam secularem que sibi fuerant interdicta: sola intra ecclesiam fidelium oratione iungatur: a comonione suspendantur et a catholicorum conuiuijs separantur. Et debent penitere decē annis et cōmunicent in fine vite. c. Si qui vero. et. c. De his qui de peniten. dis. 5. Et 33. q. 2. c. De his vero.

¶ Qui canit missam et non commonicat debet vno anno penitere: et interim missas non canere nec legere de consen. dis. ij. c. Relatu. et extra de celebra. missarum. c. de homine: vbi casus ponitur ꝙ grauius peccat qui conficere simulat et non conficit: quam qui in mortali conficit.

¶ Presbiter qui laicum mortuum inuoluit in palla altaris peniteat decem annis et mensibus sex, sit excōmonicatus. Dijaconus vero triennio et sex mensibus: vt. c. Nemo per ignorantiam. de cons. distin. 1.

¶ qui sacrilegium committit: ecclesiam violādo vel charisma vel calicem sacrum manibus polutis accipit vel similia sacrilegia committit peniteat septem annis: Primo anno extra cemiterium quod violauit consistat: Secundo anno ante fores ecclesie. Tertio anno in ecclesia. Et hoc in triennio carnes non comedat vinum non bibat nisi in pascha et natali domini: non offeret nec comunionem sacram accipiat. Quarto autem anno com

municabit et in illo ꝛ in quīto ꝛ in. 6. ꝛ in. 7. tribus ferijs a carnibus et vino abstineat ieiunando vt in. c. De viro nephando. 12. q. 2. comburens autem ecclesiam. 15. annis peniteat et eam restituat. 17. q. 4. §. Si quis. De pena vero raptoris siue furis rei ecclesiastice. et de pena furis et effractoris tam clerici quam layci habetur eadem questione. §. Peccunia. et. §. Si quis clericus.

¶ Si parantes frangunt sponsalia filiorum aut filiarum a comunione triennio separātur: et similiter filij si in culpa fuerint. Si tamen filij secundum promissionem factam contraxerint: accusantur vtrīq; scꝫ quo ad penam ecclesie: non autem quo ad reatum ex quo dederunt operam in contrarium. 31. q. 3. Si quis parentes.

¶ Qui blassemauerit publice deum vel aliquem sanctorum et maxime beatam virginem illi debet episcopus hanc penitentiam iniungere scilicet in septem diebus dominicis pre foribus ecclesie in manifesto dum missa cantatur existat: et vltimo illorum dierum dominicorum palium et calciamenta deponat: et corrigiam ligatam circa collum habeat et septem precedentibus sextis ferijs in pane et aqua ieiunet: ecclesiam nequaquam ingressurus et quolibet predictorum dierum tres pauperes vel duos vel saltem vnum reficiat si potest. Et si non potest: hec pena in aliam commutetur. Quod si renuerit agere omnia supradicta: interdicatur sibi ecclesia: et in morte ecclesiastica priuetur sepultura: extra de maledicis. c. Statuimus. Secundum tamen canonem antiquum: clericus erat degradandus et laijcus ex-

comonicandus.22. q. I. Si quis per capillum vt la tius in summa astensis explicatur.

¶ Presbiter confesionem reuelans de iure antiquo debet deponi: et omnibus diebus vite sue debet ignomiosus peregrinari vt in. c. Sacerdos ante omnia de peniten. distin. 6.

¶ Qui in dicendis horis et alijs in diuinis officijs discrepat consuetudine metropolitane ecclesi e proprie sex mensibus priuetur cõmunione: si ex contemptu acciderit vt in. c. De his. 12. distin.

¶ Episcopus qui sine causa clericum inuitum et reclamantem vel penitus absolute ordinat vno anno suspendatur vt in. c. Episcopus qui Et. c. sequenti. 74. distin.

¶ Episcopus qui corectionem de vendicione misteriorum dissimulat duobus mensibus suspendatur. Presbiter. iiij. Dyaconus tribus suspendatur Subdyaconus et ceteri ad arbitrium iudicis penitere debent. c. Quicquid in visibilis. I. q. I.

¶ Sortilegus quadraginta diebus peniteat: vt notatur in. c. In tabulis extra de sor.

¶ Qui videt astrolabio duobus annis peniteat vt in. c. Ex tuarũ de sor.

¶ De stilla sanguinis altaris cadentis super terrã vel aliqd aliud ppter presbiteri neglgẽtiã ob id penitere debet quadragita dieb⁹. Si vero sup palla altaris ceciderit quatuor diebus peniteat

vt in. c. Si per negligentiam. de consec. distin. ii.

¶ Si quis eucaristiam propter ebrietatem vel voracitatem euomuerit si laycus peniteat quadraginta diebus: si clericus vel monachus vel presbiter siue dyaconus septuaginta peniteat diebus. Si vero episcopus nonaginta diebus. Si vero causa infirmitatis euomuerit septem diebus peniteat vt in. c. Si quis per ebrietatē de conse. distin. ij.

¶ Quando mus corodit vel comedit corpus Jesu siue sacramenti hostiam sacerdos quadraginta diebus peniteat. Qualem autem penitentiam agere debet explicatur in. c. Qui bene non de cons. distin. ij. Et Bonauentura super quartum senten. distin. 13. latius videatur.

¶ Qui domum vel aream voluntarie accendit: sublata vel incensa omnia restituat: et tribus annis peniteat vt notatatur in. c. Si quis domum extra de iniurijs: quod si ex odio vel iniuria id fecerit ex cōmonicari debet: nec absolui donec satisfecerit et iurauerit ꝙ ignem de cetero non imponat. Imponitur autem sibi vt Jerosolimam vel in Hispaniam vadat in dei seruitio anno integro ibi moraturus. sed secundum leges qui in ciuitate opera data incendium fecerit: si sit humilis subijciatur bestijs. Si sit in aliqua dignitate: decapitetur: vel in insulam religetur. l. Finali. ff. de incendijs: secundum Hostiensem autem debet comburi in igne per eum structo.

¶ Qui cōmonionē dederit vel accepit ab heretico, et nescit hoc ab ecclesia prohibitū et postea

scienter elegit peniteat vno anno. Si vero sciuit peniteat decem annis: vel secundum aliquos septem vel vt aliis placet quinquennio penitentiam agat. Qui vero hereticum celebrare permittit missam in ecclesia catholica periuris ignorantiam: quadraginta diebus peniteat. Si vero pro reuerentia eius: per annum peniteat. Sed si pro damnatione ecclesie proiiciatur ab ecclesia si impenitẽs fuerit alioquin decem annis penitere potest. Si vero relicta ecclesia et ad hereticos transierit et alios ad hoc induxerit: peniteat duodecim annis vt notatur in. c. Siquis dederit. 24. q. 1.

¶ Patronus qui res ecclesiasticas dilapidauit duo anno peniteat vt notatur in. c. Filii 15. q. 7

¶ Qui pacem cum proximo suo non facere iurat vno anno a cõmunione corporis et sanguinis domini sit segregatus: reatum suum elemosinis et lachrimis: et quantis potuerit ieiuniis absoluat t in. c. Qui sacramento. 52. q. 4.

¶ Qui scienter rebaptisantur septem annis peniteant: et quarta et sexta feriis et tres quadragesimis ieiunẽt. Et hoc si fecerint pro heresi introducendo. Si autem pro munditia putauerint tribus annis similiter peniteant. vt in. c. Qui bis de cons. distin. 4. et extra de post. et rebap. c. Ex litterarum. De pena vero talium latius habetur. c. Eos de cons. distin. 4.

¶ Qui domum suam magicis et in cantationibus lustrat: vel huiusmodi homines in domum suam ducit causa exquerendi aliquid ab eis arte

magica quinquennio peniteat. Similiter qui alijs hoc consulunt: vt in. c. Qui diuinationes et. c. Non liceat. 26. q. 5.

¶ Quicumque vxorem adulteram cognoscit antequam peniteat: tribus annis peniteat vt notatur in. c. Si quis secundo. 32. q. 1. Qui vero cognoscit eam penitentem: ante penitentiam peractam peniteat duobus annis vt in. c. Si quis primo eadem questione. Sed quando mulieri pentenția sit iungenda partum alterius supponenti: vel etiã de nõ suo viro concipienti habetur extra de peniten. et remis. c. Officij. Et tantũ de canonibus penitentionalibus dictum ad presens sufficit. Honor sit deo.

Cracouię per Mathiam Sharffenberger. Anno. 1534.